





278.

4

DISSERTATIO JURIDICA 1718 22
ANNIVERSARIA,

EXHIBENS

NORMAM ET ORDINEM
JUDICANDI CONTRO-
VERSIAS FEUDALES

IN

GERMANIA ET PATRIA
POMERANIA,

PRÆSIDE

PHILIPPO BALTHASAR
GERDESIO,

JUR. LIC. ET ACAD. GRYPH. PROF. JUR. ORDIN.

ET

RESPONDENTE

JOHANNE MATTHIA GESTERDINGIO,
STRALS. POMER.

PUBLICE

IN AUDITORIO MAJORI

AD DIEM XX. DEC. ANNI MDCCXVIII.

H. C. IX.

DEO VOLENTE

VENTILANDA.

GRYPISWALDIÆ,
LITERIS CAROLI HOEPFNERI, REG. ACAD. TYPOGR





CAPUT I.

N. I. Normâ indigent a^{ct}iones hominum in genere & maximè judicantium. II. Officium rectè judicaturi. III. Partitio Disseri. IV. Pâcta & litera investiture primum norme locum occupant. V. Quid si fides eorum planè negetur? VI. Ubi plures litera investiture invicem contrarie existant, antiquissima præferitur, VII. Lim. ubi mutatio priorum est facta ex certa scientia, VIII. qua tamen non obligat Collaterales non consentientes. IX. Quid si verba investiture sunt obscura?



ctiones humanæ ingenere, nisi ad certam dirigantur normam, in effrenem licentiam exeant, necessum est. Quanta enim malorum seges non excreveret, ubi unusquisque pro depravatâ suâ naturâ & secundum instinctum proprium infinitis modis aliorum instinctui repugnantem agere sustineret? Committamus,

quæso, plures furiosos sine rectore, sine vinculis liberè licenterque invicem agentes, qualis inordinatissima rerum facies non apparebit? Quantò magis vero Reipublicæ perniciosum foret, ubi justitiæ administratio, ex qua salus publica præprimis pendet, vagæ & nullis cancellis inclusæ judicantium pateret libidini? Quocirca sicut Mechanici structuras suas non temerè & impetu ædificant, sed eas ad certam regulam & canonem exigunt; æque in bene ordinatis Rebus publicis certa norma juris & æqui præscripta esse solet, juxta quam judices munere suo fungi, nec latum unguem ab ea discedere oportet. Itaque omnis qui justè vult judicare, stateram quasi in manu gestare debet, in cujus uno penso factum in suo circumstantiarum complexu, in altero normam juris ac æqui, posita expendit, & mutuo utriusque examine exactoque habito æquilibrio demum, quid justum sit, pronunciat. Quapropter in l. 19. de Offic. Præs. constans & rectus judex is dicitur, qui in cognoscendo nullo modo affectibus habenas laxat, vel exandescendo adversus improbos vel illachrymando precibus calamitio-

mitosorum, sed qui per legitimos tramites, id est, legum viam iniquitates litigantium expellit. Quin iudex, qui legibus vel molliorem vel duriorem se præbuit, graviori infamia notandus est; juxta *L. 8. in fin. C. ad Leg. Jul. de vi publ.*

Deinceps sicut in Fabrica, si prava est regula prima, Normaque si fallax, rectis rationibus exit.

Sic omnia, si iudex libidinosam æquitatis regulam & falsarum legum sequatur normam, quæ ad eam dirigit ac metitur, haud minus injusta sunt & iniqua. Cum vero docentium & discientium jura prima pars sit, rectam judicandi tenere normam, maxime ex officii nostri norma agere nobis videmur, ubi in præenti Dissertatione adæquatam in litibus

3. Feudalibus judicandi normam sistimus. Equidem cum omnium, quotquot super Feudis exfurgunt lites, decisio vel ex pactis, vel ex legibus de Feudis disponentibus, vel ex indole & Feudorum natura desumi debeat; ipsa rerum serie, ordinem nobis præstruente, tribus capitibus omnis Dissertatio includatur. Pacta, Dominum inter & Vasallum placita, quo singuli posteris suis consulant, literis & quidem pergameno consignari solent, quo spectant literæ investituræ, Germ. *Lehnbriefe* / seu pacta investituræ, ut easdem vocat *Knichen in Tract. de Pact. Invest.*, quia literis investituræ inter Dominum & Vasallum conventa inferi solent. Sicut vero alias pacta, negotiis apposita, iis normam dant & legem, eorumque naturam alterare ac immutare possunt *L. 7. §. 5. de Pact.*; sic Feuda ex literis investituræ suam accipiunt formam, & pactum his comprehensum dicitur *Lex investituræ 2. F. 48.* ad instar juris civilis, ubi frequenter legis voce pactum intelligitur. Atque hæc investituræ literæ ejus habentur roboris, ut non tam juri Feudali communi, quam ipsi provinciali & mori Locali præferantur, ceu scite exprimit tritum Sermone germanorum proverbium, *Willkühr bricht Land, Recht / Land, Recht bricht Käyserl. Recht.* Quæ cum ita sint omnino judicem Feudalem ad eas primum decurrere, & ubi controversiæ super Feudo componendæ sunt, in iis decidendis literarum investituræ tenorem strictè sequi oportere, ad unum omnes statuunt Doctores, quia, ut latinisânt J Cti, literæ investituræ faciunt rem noto-
4. posteris suis consulant, literis & quidem pergameno consignari solent, quo spectant literæ investituræ, Germ. *Lehnbriefe* / seu pacta investituræ, ut easdem vocat *Knichen in Tract. de Pact. Invest.*, quia literis investituræ inter Dominum & Vasallum conventa inferi solent. Sicut vero alias pacta, negotiis apposita, iis normam dant & legem, eorumque naturam alterare ac immutare possunt *L. 7. §. 5. de Pact.*; sic Feuda ex literis investituræ suam accipiunt formam, & pactum his comprehensum dicitur *Lex investituræ 2. F. 48.* ad instar juris civilis, ubi frequenter legis voce pactum intelligitur. Atque hæc investituræ literæ ejus habentur roboris, ut non tam juri Feudali communi, quam ipsi provinciali & mori Locali præferantur, ceu scite exprimit tritum Sermone germanorum proverbium, *Willkühr bricht Land, Recht / Land, Recht bricht Käyserl. Recht.* Quæ cum ita sint omnino judicem Feudalem ad eas primum decurrere, & ubi controversiæ super Feudo componendæ sunt, in iis decidendis literarum investituræ tenorem strictè sequi oportere, ad unum omnes statuunt Doctores, quia, ut latinisânt J Cti, literæ investituræ faciunt rem noto-

notoriam, probationem probatam & veritatem apparentem
arg. text. 1. Feud. 14. §. ult. in fin. ibi nisi pactum fuerit in investitura
 & 2. F. 18. in verbis: *propter tenorem investiturae; Knichen cit. Tract.*
Cap. 1. Stryk. Exam. jur. Feud. Cap. 1. quest. 23. Mev. Conf. 44. n. 19.
Godofred. Anton. Disp. Feud. 1. Th. 1. Lit. m. ibi in Notis Strykius. Non
 raro vero super literis investituræ controversiæ suboriri solent,
 vel quod earum fides plane negetur, vel, cum investitura sæ-
 pius sit facta, discrepantes proferantur, vel denique verborum
 producti instrumenti ambiguitas & obscuritas scrupulos mo-
 veat. Itaque quid singulis casibus iudex litem feudalem di-
 sceptaturus sequi debeat, nunc indicare non abs re erit. Primo
 casu, qui scripturam offert, authenticam eam esse primitus
 docere debet per *L. ult. C. ad L. Corn. de fals.* Deinceps quæ ju-
 re Romano de instrumentis statuta sunt, non incommode
 huc applicantur. Sicut ergo pro omni instrumento solenni-
 tatis ac veritatis militat præsumptio §. 11. *Inst. de inut. Scipul. L. 14.*
C. de Contr. Sip.; sic æque documentum investiturale eousque
 solennitatis & veritatis habebit præsumptionem, donec, qui
 impugnat, contrarium legitimis ostenderit probationibus.
 Sed altero casu, ubi a se invicem disidentes investiturales literæ,
 diverso tempore scriptæ, producuntur, prioribus haud dero-
 gant posteriores, etsi juxta tenorem juris civilis pacta recen-
 tiora super bonis allodialibus inita derogant antiquioribus,
 sed ex communi foroque recepta Feudistarum interpretatio-
 ne prima investitura veluti radix omnium sequentium habe-
 tur, & quod ea comprehensum est, servatur, etsi recentiores
 literæ rectè repugnent. Ac quidem si primæ investituræ lite-
 ræ non extant, forsàn, quod casu fortuito perierint, tum, quæ
 antiquissima est & exstat, in primæ locum succedit, ac in o-
 mnibus clausulis pactis atque punctis juxta tenorem primæ
 perditæ facta creditur; *Schrad. Tract. Feud. P. 5. C. 2. n. 44.* De
 hac prima aut antiquissima, quæ exstat, investitura scribit *Kirchov*
in Theaur. Commun. Opin. Lib. 1. voc. investitura, dogma illud, quod
 primæ literæ investituræ non sequentes in dijudicandis causis
 feudilibus attendendæ sint, esse indubitatum & commune. I-
 dem sentiunt *Wesemb. Conf. 4. n. 36. Rosenthal de Feud. Cap. 1. Concl. 12.*

& Cap. 6. Concl. 69. Lit. R. ibique congesti Doctores. Iphis quoque in judiciis hanc sententiam obtinere ac inspecie in Camera Imperiali ita iudicatum refert & præiudiciò in causa Helsen contra Güttenbergk probat *Rosenthal cit. Concl. 69. Lit. T.* Cui addi possunt *Carpz. p. 2. Consil. 45. def. ult. Besoldus Part. VI. Conf. VI. Klock. Tom. II. Conf. 6 n. 22. Vult. in Consil. Marburg. XXX. n. 80. Vol. III.* Sed quare hic discessum est à jure communi civili? variæ rationes pro singulari Feudistarum opinione afferri possunt. Prima & principalis comunitèr hæc adducitur, quod mutatum in posteriori per errorem vel metum factum censeatur, idque respectu Vasalli majorem veri speciem habet, quod posteriores investiturarum literæ plerumque in consultis & inficis Vasallis in Cancellariis & concipiuntur & signentur, quibus si mutatio intervenerit, ea Vasallo nociva esse haud debet. Accedit porro, quod posterior investitura non nova sit, nec novi aliquid addat, sed primam & id, quod invenit, saltem confirmet & renovet, & quidem secundum qualitatem primæ; Unde confirmatio operari nequit ultra id, quod confirmatum est. Quod si ergo posterioribus investituræ Literis devium à prioribus insertum sit, hæc tamen alteratio & correctio nec Domino nec Vasallo nocet *Sebrader. de Feudis p. 5. Cap. 2. n. 38. & 39. & Consil. 14. n. 230.*, ubi aperte scribit, *quod Vasallus, ejus posteri & agnati semper & quandocumq; illum errorem revocare possint, primam investituram producendo, & docendo, primam & sequentes discrepare.* Nam et si omnes posteriores literæ investituræ primis aut antiquissimis repugnent, nihilominus iudex nullam considerationem habere debet, quid plures sequentes investituræ contineant vel disponant, sed simpliciter secundum primam iudicare debet *Godofredus Anton. Disput. Feud. 8. Th. 9. Lit. C.* Si quis scire aaveat, quomodo peculiari ratione in Feudis Imperii immediatis literæ vetustiores prævaleant, illum remitto ad *litterum de Feudis Imperii Cap. 11. §. 9.* Quæ tamen hætenus generaliter de prærogativa primæ investituræ præ posterioribus afruximus, insigne temperamentum accipiunt in casu, ubi mutatio in posterioribus ex certa scientia Domini & Vasalli est facta, quo recentiores antiquioribus omnino derogant. *Sixtinus Conf. Marburg.*

purg. 18. n. 45. Vol. II. & alii. Caveat tamen sibi Vasallus, si forsitan à Principe vel Domino Feudi augmentum jurium obtineat, ne acquiescat, ut id inferatur solum literis investiturae, sed insuper impetret specialem concessionem, quâ subsequatâ, error postea præsumi nequit. *Besold. p. 5. Conf. 236. n. 26. & p. 6. Conf. 258. n. 86. & Conf. 281. n. 5. & seq.* Neque tamen ubi Domini & Vasalli nova conventio, mutans antiquas investiturae literas, ex certa scientia inita apparet, hæc innovatio vim suam ad non consentientes agnatos extendit, sed in Feudo antiquo, sublatis consentientibus eorumque descendens, mutatio evanescit, ut *Arg. 2. F. 5. §. 1. 1. F. 8. §. 2.* asserunt *Richier Part. 2. Dec. 79. n. 19. Lincken. Resp. Altorf. V. n. 21. & 30.,* nisi innovatio favorem agnatorum respiciat, cum si postea ratihabeant, eam in præjudicium Domini Feudi valere tradit *Besoldus all. l. 1.* Fusius & singulariter hanc materiam exponit *Dominus Cardinalis de Luca in Tom. VII. Theatri verit. & justit. in supplem. de Feud. Libr. 16. Disc. 127. n. 15. & 16. ; Nec minus vero erudite de pactis literis investiturae adjectis agunt Vultejus L. 1. c. 7. n. 55. de Feud., Knichen Tract. de pact. investit. Cap. 1. n. 12. & 13.* Tandem ad ultimum deferimur casum, ubi verba literarum investiturae aut pactorum iis adjectorum, non quidem invicem sunt repugnantia, sed tamen obscura & dubia, quomodo tunc & contra quem interpretatio sit facienda? Nolumus singulorum diversa sententiarum animadvertere opiniones, sed quod juri conveniens opinamur, paucis aperire malumus. Judex hic æque ac in cæteris contractibus sedulo primo spectare debet, quæ fuit contrahentium mens, quem in finem, si plures diversæ existant investiturae literæ, omnes ad invicem sunt comparandæ, obscurior ex clariori illustranda, ita tamen, ut ex antiquiori tanquam radice & fonte id primitus sit tentandum, in subsidium recentioribus reservatis. Quod si tamen primæ investiturae verba dubia, in sequentibus magis perspicua sunt posita, antiquiorem utpote obscuriorem ex recentiori utpote clariori interpretationem accipere debere, nullus dubito arg. eorum, quæ habet *Vultejus Tract. de Feud. L. 1. Cap. 7. n. 105.* Sin nec hac ratione mens verborum erui queat, lege interprete juxta ordinem cap. seq. instruendum

endum iudex uti debet; vid. *Vult. d. l. n. 56.* Quod si vero nec inde præsidii satis peti possit, tum verba dubia pro Vasallo contra Dominum interpretanda esse, post alios all. Doctores docet. *Vultejus d. l. n. 56.* Verum *Titius* in seimeur teutschen Lehn-Recht Jctos ita sentientes nomine Legisten insignivit. Modestius à tam claris Jctis discedimus ac ita distingvendum putamus, *Vel* de eo, quo præter naturam Feudi quid imponitur, controvertitur, quo casu contra Dominum faciendam esse interpretationem opinamur, cum sibi imputet, quod Dominus verba, jus sibi asserenda, non clarius poni curaverit; *Vel* super iis litigatur, quibus jus Domini minuitur, tum ob inversam rationem contra Vasallum pronuntiandum erit. Utraque interpretatio forti adjuvatur præsumptione, cum Dominus, juris sui tenax, parcius se eo abdicasse, Vasallus è contra ad minimum se adstrinxisse præsumatur. Ultimò ingenue fateor, paradoxon mihi esse, quod *Vultejus d. l.* communi Doctorum sententiæ adscribit, scil. Contractum Feudalem esse juris stricti, sed latam ex æquo & bono accipere interpretationem.

CAPUT II.

N. I. Post pacta normam præbent leges humana. **II.** Novatores & inter hos *Titius* iis præfert jus nature, qua sententia latè resutatur. **III.** Jura familiarum & personarum peculiaria præ legibus provincialibus attendenda sunt. **IV.** Post hæc succedunt leges provinciales. **V.** Quid si leges curiæ & loci, ubi Feudum est, discrepent? **VI.** Necessitas juris patrii cum monito. **VII.** Fontes, unde illud hauriendum, per indicem ostenduntur. **VIII.** Cautela circa Const. Pom. **IX.** De autoritate conclusorum *Sedinensium*. **X.** An non præsumptionem observantia inducant? **XI.** Præjudicia, an præbeant normam decidendi? **XII.** Num Jus *Lubecense*? **XIII.** Post leges patrias succedunt Usus Feudales communes. **XIV.** Unde autoritatem legalem in Germ. habent? **XV.** De autoritate libri *Mincaucii & Baraterii* item *Libelli à Thomasto de beneficiis editi* agitur. **XVI.** *Argg. pro legali usum Feud. autoritate.* **XVII.** In *Pom.* quoque obtinent. **XVIII.** Autoritas legalis restringitur ad capitula

ula ordinaria. XIX. Qui in textu Feudali se fundat, fundatam habet intentionem. XX. An communes Doctorum sententiae dent normam judicandi? XXI. Leges Germ. antiquae & jus Sax. & Svec. Usus Feud. in Germ. non prevalent. XXII. Quid de Recessibus Imperii tenendum? XXIII. Quo saeculo Juris Rom. Can. & Feudalis usus in Germania capit. XXIV. Speculi Svecici Usus Legalis an hodie sit? XXV. An Saxonici & praecipue in patria Pom. ? XXVI. Deficiente jure communi, succedit jus Romanum cum temperamento, ut quandoq; precedat Canonicum. XXVII. Ubi Lites Feudales ex legibus humanis desiniri nequit, succedit arbitrium judicis juxta regulas naturales. XXVIII. Tutius tamen esse dicitur, decurrere ad Legislatorem.

Literis investiturae & pactis desinentibus, quae primum normam, ad quam lites Feudales sunt decidendae, dederunt, nunc leges & jura succedunt, quae aequae instar cynosurae sunt in causarum feudalium cognitione & decisione sequendae. Etsi vero Reip. magis expediat, una regi lege juxta illud Lutetiarum portis inscriptum:

Un Dieu une Foy

Un Roy une Loy.

In Germania tamen varia & diversa jura regentium voluntate passim hodie invaluerunt. Quare ordinem, quo haec se invicem ex jussu Legislatoris subsequantur singulaque, finiendis Feudalibus licet rite recteque adhibeantur, ostendere, eo magis utile pariter ac necessarium erit, quo vehementius Novaturientes eum turbare moliantur. Nam qui, se aliis sapientiores esse, sibi imaginantur, omnes lites ex arbitrio judicis juxta regulas aequae justitiae naturales decidi volunt. Hi pro norma decidendi controversias Feudales constituunt jus naturae, eique, ubi deficit, demum leges humanas subordinant. Praeprimis *Titus* in seinem teutschen Lehn-Recht eo ducitur errore, dum statuit, judicem lites Feudales, sepositis legibus humanis, ex regulis juris naturae, sicut ipsi ratio communis decisionem suggererit, soperire debere. Verba ejus *Cap. 3. §. 37. juncta §. 34.* ita sonant: *Dahero halte ich dafür/ man müsse auf Feines sehen/ sondern das natürliche Recht zum Grunde setzen/ und wie weit*

weit solches in Lehn-Sachen staat habe/ zeigen/ wann aber über dies
 ses was willkührliches von dem Menschen verordnet/ solches muß
 nach denen in Teutschland üblichen Gezezen und nach der §. 34. ange-
 zeigten Ordnung genommen werden. Libido hujus principii no-
 stris ætatibus plures invasit, & maximè animos juvenum de
 facili inficit, ut ^{iste} qui rerum imperiti & imprudentes tech-
 nis virorum, quos Seculum præsens in æstimoio habet, horumq;
 verborum lenociniis facile capiuntur & decipiuntur. Nam
 alias in bene constituta Rep. vix magis quid periculose vel
 minus vere dici potest. Etenim jam satis spinosa & salebrosa
 ad justitiam est via, quod ægerrimè sæpius senserunt, qui
 eam ingressi sunt. Ne enim memorem sinuosos illos anfra-
 ctus, per quos, qui jus suum in judicio persequitur, non ra-
 ro adversarii malitia & damnabili judicis conniventia circum-
 ducitur. Quam sumptuosum hodie non est de jure suo con-
 tendere? Tot sustinendi sunt sumptus, tot ad remorandam
 justitiam ferè excogitata onera ferenda, ut non pauci, his de-
 fatigati, in itinere succumbant, alii, qui evadunt, subducto
 expensarum calculo, ferè inane victoriæ nomen, compensa-
 tis expensis, reportent. Attamen hæc omnia leviora viden-
 tur, si penitus intueamur lernam malorum, quæ ex hypothesi
 Domini Titii pleno profluunt alveo. Illustris Coccejus passim
 verè dixit, præstare nullo quam incerto uti jure. Initio qui-
 dem Reip. Romanæ manu regia omnia gubernata ceu arbitria
 regum pro legibus fuisse refert Pomponius in l. 2. ff. de Orig. Jur.,
 sed hoc subarbitrario & incerto jure vix per 20. annos Resp.
 Romana salva subsistere potuit, ubi per leges positivas susten-
 tari debuit. Deinceps quod Regibus licuit, judici non potest
 indulgeri. Unde Titius & Novatores alii, qui hanc judici
 largiuntur potestatem & licentiam, ut, insuper habitis legi-
 bus positivis, juxta jus naturale & æquitatem cerebrinam jus
 dicere possit, insigniter produnt ignorantiam suam, confun-
 dendo contra monitum *Illustris Domini Mev. Part. 3. Dec. 314. n. 6.*
Ec. Legislatorem cum judice, jurisprudentiam legislatariam
 consultatoriam cum judiciaria, faciendo legislatores ex judici-
 bus, quos tamen legum ministros, minimè vero juris arbitros
 esse

esse oportet. Nam legislator quidem, cum leges instituere velit, eas antea juxta naturales rationes examinat, & omnibus probe pensculatis, juris naturalis axiomata secundum immensam rerum varietatem dispensat; Sed cum leges semel institutæ & firmatæ sint, iudex simpliciter secundum præscriptas leges, non animi sui ductum, judicare debet. Quo spectat elegans Baldi in C. Clerici X. de vit. & hon. cleric. dictum, *conscientiam legis vincere conscientiam hominis*. In foro enim judiciario circa quæstiones juris vera conscientia ea est, quæ ex fonte legum per ora principum promulgatarum defluit. Hinc iudex æquitatem quidem sequi potest, sed legalem ex ipsis legum viscibus evolutam, non ex proprio capite & indigesto motu & affectibus animi iudicis pullulantem Bald. in L. 1. C. de Jud., contra quam serio, referente Franc. Marc. Decis. Delphin. quæst. 13. Consiliarius quidam in Decisione causæ cujusdam sic precatus est, *DEUS nos præservet ab æquitate Parlamenti & expediendi Magni Consilii*. Neque vero opinetur quis, Titium & ejus asseclas idem sentire, utpote qui iudicis non vago sed ad legem naturalem adstricto arbitrio controversiarum Decisiones permittunt. Ast nobis quidem paria sunt, an Respublica nullis regatur Legibus, an propter corruptam hominum naturam incerto & pro cujusvis cerebro discrepante agitur naturali jure, cum utrinque æqualiter summa rerum confusio sequatur. Nec enim ullum principium fingi potest, sub quo affectus iudicis magis occultari possunt, quam sub eorum hypothese, qui jus naturale, tanquam normam in decidendis controversiis primum sequendam, præscribunt. Hæc enim plenis velis iis velificatur iudicibus, quos trahit arbitrium ab affectibus imperatum, & qui eò sententias flectere ac moderari gestiunt, unde opimiora placantia obveniunt munera, vel quibus alia ratione magis favent. Eleganter Bæclerus in hoc hominum genus & in horum hypothese calamum strinxit in Charact. Vellej. cap. 1. his quidem verbis: *Actus & note inquieti incivilis que hominis sunt, ut à jure & legibus ad naturam & rationem provocet, satis gnarus, nil esse tam impium, cui non aliqua æquitatis species generalibus istis per indistinctam amplitudinem patensibus sententiis*

eis possit conciliari. Propterea vero leges scriptæ sunt, ne iudex ab iis discedens suo arbitrio æquitatem figere & resigere possit. Nam leges carent passione, & sensibus affectuum vacuæ, prævia diutina deliberatione de rebus futuris feruntur; sed qui iudicium exercet, de præsentibus iudicat, erga quos sæpè aut amor, aut odium, aut aliqua propriæ utilitatis conjunctio, ut solo naturali jure non possit perspicere, quid verum sit, affectibus propriis tenebras iudicio offundentibus. Adversus hæc vero promptius remedium haud est paratum, quam ut iudicum officium legum humanarum vinculis circumscribatur & adstringatur, laxaque arbitrandi & variandi potestas, quam male feriat iudices unice affectant, prorsus ipsis præscindatur. Nam jam satis meticulosa & alex plena res est, ire ad iudicem, in cuius arbitrio facti solum quæstio est posita, quidni futurum, si contra *L. 15. pr. ad mun.* Jus quoque ejus potestati subjiciatur? Quare sapientes & ad gubernacula Reip. sedentes, cum observaverint, corruptum iudicis iudicium pessimam sæpe iudicandi normam sequi, nisi justis legum repagulis cohibeatur; hoc semper cunctis rerum moderatioribus dederunt consilium, ut nihil aut paucissima eorum, qui iudicant, relinquunt libidini. Neque adeo sine causa omni nonnulli Menochium, qui tractatum iudicum de arbitrariis iudicum quæstionibus & causis vulgavit, reprehenderunt, quod iudices sub specie arbitrii, ad infinitos casus porrecti, affectibus, corruptelis, fordidibus & castibus pro amico seu pro diabolo, ut *Bischius* loquitur in *Decad. Cas. pro amico*, uti docuerit. Denique vero, etsi iudices fingamus, quales dari exemplis convincimur, qui affectibus suis & temerario impetu non rapiuntur, adhuc tamen jus erit incertum; cum ratio cognoscendi ea, quæ sunt juris naturalis, etsi hoc in se & objectivè consideratum sit perfectum & absolutum, post lapsum humani generis est imperfecta, ne dicam, prava. Unde evenit, quod ratio sæpius cogat, quod rationi est dissimile, ejusque dictamina frequenter adeo invicem sint dissidentia, ut alius hoc, alius illud juri naturæ congruum pronuntiet, & singuli suæ opinioni tam tenaciter inhæreant,
ut

ut nullis demonstrationibus se ab ea deduci patiantur; quo spectat Senecæ dixerium, *facilius inter horologia quam Philosophos convenire*. Itaque in hoc fluctuante rationis statu, miserima foret litigantium conditio, si ignari, quid sit justitia, utpote quæ oculis illorum subducta iudicum affectibus involuta latet, eam in mente judicantium quærere deberent, quam singuli, sine meta certa currentes, non tam rationum momentis quam rerum argumentis in suas partes pertrahere tentarent. Ultimo & quod pessimum, si iudici ex hypothese Titii liceret, sui ingenii ideas non à lege informatam æquitatem sequi, metuendum est, ne iudex sub arte variandi & arbitrarij vere legibus potestatum civilium insultet, ab illis temerè recedendo, quod iis sancitum est, vel rationi suæ adversum, aut juri naturæ non congruum, obtendens. Quare tandem, cum publico valde nocivæ conclusiones sub larvâ principii Domini Titii, quod justis & æqui specie velatur, tegantur, summa ratione, pietate & reverentia erga leges humanas earumque conditores sic jubente, illud rejicimus, penitus damnamus, & adversus ipsum statuimus, iudicem vel alium, cui iis Feudalis ad decisionem obvenit, in conscientia adstrictum esse, eam non ex suæ rationis arbitrio & vagis ac pro cuiusvis cerebro, diversis juris naturæ regulis, sed juxta leges humanas, quas summas potestas in Rep. vigere voluit, eam dirimere. Quæ nostra sententia Naturalistis quidem & Novatoribus invisâ, à Jctis tamen Consultissimis & politicis egregiis semper probata fuit *Conring. in Dissert. de Nom. ibet. seu recta legum ferendarum ratione § 56. Herius in Dissert. de Jurispr. Univ. Sect. 1. th. 8.* Apposite ad nostram mentem præprimis sunt verba celeberrimi nominis Jcti Domini Zaunschlifferti in præfatione ad speciem antinom. Mev., quæ sic sonant: *Ad litium inter viros ex orientum decisionem accuratam & non superficialiam, jus naturæ & gentium seu æquitatem naturalem etiam excelsissimam ullo modo non sufficere* - *Ex solo naturæ jure lumineve non omnes, imo, si quid iudico, ne quidem unica lis, sive sit ex jure publico, sive privato, sive criminali, sive civili, in specie terminari potest sine aliquo jure civili, sicut nec Theologia naturalis sine revelata ad vitam æternam acquirendam sufficit.* Neque demum praxi & usu in Germania & Patria

- aliud servatur, aut ad minimum servari debet, ceu patet ex *Ordin. Cam. Imp. p. 1. tit. 13. §. 16.* ibi: sollen in feinen Sachen/ sie seyn so gering als sie wollen/allein auf ihr gut Bedüncken oder eines eignem erwogenen Willigkeit/oder eignem fürgenommenen und nicht den Rechten gemäß formirten Gewissen/sondern auf des Reichs gemeiner Rechte nach Ver mög ihres Eydes Urrel fassen und absprechen. add. *Trib. Ordn. P. 1. T. 5. §. 7.* Eadem repetita extant in *Ordin. Dicass. Pom. Part. 1. Tit. 3. §. 3.*, ubi æque judici & Asessoribus injungitur, ne ex proprio meroque arbitrio & affectata conscientia, sed ex legibus receptis consuetudinibus & statutis jus dicant. Itaque si Judex ab his legibus defiscat, castra novatorum secutus, non solum legum publicarum temerator & perjurii, ubi jurato e- jusmodi leges servandas promisit, reus, sed quoque gravi poena dignus, munere judicandi vero planè indignus est. Cum vero Judex tam arcta prematur necessitate, in controversiis Feudalibus leges humanas receptas sequendi, in controver- siis Feudalibus leges humanas receptas sequendi, in controver- sionem super iis ad facta obvenientia justa interpre- tatione applicandi; nunc ad ipsas accedere leges, & quo ordine licibus Feudalibus subserviant, exponere, valde expediet.
3. Præterquam vero, quod peculiaribus familiarum & personarum jura, quæ pactioibus niti solent, vel privilegio aut immemoriali possessione, vim privilegii habente, ante omnia at- tendenda sint, *Mev. Conf. 44. n. 19.*, quamquam unius Domini Vasalli æquali & pari jure eousque vivere præsumantur, do- nec specialissimum allegans, id legitime probaverit; His ta- men deficientibus, leges provinciales & mores locales succe- dunt. Atque hæc domestica jura usibus Feudalibus, corpori juris nostri annexis, derogare, unanimiter Feudistæ asserunt *Rosenth. de Feud. Cap. 1. Concl. 13.* Accinit usus & praxis sicut in universa Germania, sic quoque in Pomerania, ceu patet ex *Reces- su Wolgastensi d. 7. Maji 1606.*, ibi: Es sey also verglichen/ daß hinfüh- ro in solchen Punct es nochmahln bey dem Buchstaben der *Privilegien* und *Wollinschen* Abschiedes gelassen und unsere Råthe darauff/ und NB. nicht auf die *jura communia Feudalia* sehen und sprechen sollen; *conf. Mev. Conf. IX. n. 77. & 82., Conf. 44. n. 18. & 19.* Verum hoc nullam difficultatem patitur, ubi consuetudo aut Statutum curiæ
 - 4.
 - 5.

riæ & loci, ubi Feudum est situm, conspirant, vel si Feudum & curia in eodem existant territorio, sed ubi in loco Feudi siti & curiæ diversa vigent jura, longè majori involutum esse perplexitate scribit *Rosenthal all. Cap. 1. Concl. 14.*, ubi simul operose & fuse rem persequitur ac evolvit. Brevius ita rem definimus: Si de ipso Feudo est quæstio, statuta loci, ubi Feudum est situm, observanda sunt; si de contractu Feudali, puta, de ejus solennitate & perfectione, tum, quæ in loco celebrati contractus vigent leges, eas Judex sequi debet *arg. L. 6. ff. de Evis. L. 1. pr. ff. de Usur.*, *Mev. ad Jus Lubec. quest. prelim. 4. n. 10. & 17.* Quæ formalia processus vero, Judex sui judicii statuta & suæ curiæ stylum sequitur *arg. eorum, quæ tradit Mev. Part. 9. Dec. 30.* Hæc omnia tamen eò exeunt, quod Judex secundum speciales provinciæ, cujuslibet etiam si pro diversitate casuum sit, consuetudines & constitutiones, si desint peculiaria familiarum jura, lites Feudales decidere debeat. Quo circa cum 6. domesticæ constitutiones & consuetudines Feudales tam magnæ sint autoritatis, ut usus Feudales communes robore vincant; sua spontè sequitur, sicut in genere juris patrii, sic Feudalis præprimis, notitiam per necessariam esse. Nec ergo illi parentes liberis suis adeo bene consulunt, qui eos patriam Academiam, ubi compendio quodam & una viâ ad scientiam juris communis & patrii pervenire possunt, tamen migrare faciunt, eos ablegando ad exterâs, ubi sæpius præter otiosas scientias nil fere, nisi jus commune, audiunt, aut si mores addantur, plerumque diversa patrii sunt, aut jura Saxonica admisceri solent. At dum sic extollimus patrii juris Feudalis usum, 7. convenienter quidem ad institutum nostrum foret, aperire fontes, unde istud hauriendum esse: Attamen hoc ex asse præstare scopus & limites Disertationis nostræ non permittunt, utpote quod speciali juris Feudalis Collegio reservandum est. Ne tamen planè nihil d. disse videamur, in genere notari potest, quod jus Feudorum Pomer. non ordine in certum volumen congestum existet, sed dispersum, vel saltem consuetudini & immemoriali observantiæ innitatur, vel variis scriptis legibus continetur. Consuetudines facilius affirmantur, difficilius probantur. Sic in Feudalibus sæpius ab hoc vel illo consuetudo

obtenditur, quæ ab alio esse negatur. Sicut ergo alias consuetudo ab eo, qui eam allegat, probari debet, æque non minus, qui se fundat in speciali, ac ab usibus Feudalibus communibus devia consuetudinè, hanc legitimis probare debet modis, nisi planè sit notoria, quæ probatione non indigere dicitur, quamquam, si notorietas ab adversa parte negetur, hæc ad minimum ostendi debet, & quidem decem testibus, juxta *Strykium* in *Not. ad Lauterb. tit. de Leg. SC. & quæ sit Long. Conso. voc. notoria*. Ipsa vero consuetudinis singularis in materia Feudali probatio in patria eò difficilior evadit, quod in Pomerania citeriori & ulteriori *Stettinischer und Wollgastischer Regierung* dissona sæpe fuerit observantia. Licet enim ex tenore Recessus Wolgast. de anno 1606. utraque Pomerania unum constituerint corpus, & privilegia Recessus utriusque communia habita fuerint, sicut ex all. Recessu verba huc facientia ponit *Illustris Dominus Mevius Part. 5. Dec. 246. n. 2.*; manifestum tamen est, citeriorem Pomeraniam in nonnullis causis & casibus à privilegiis recessisse, strictius eorum verba Regimine Wolgastensi tenente. Ad leges scriptas, quæ hodie Feudalibus causis normam præbent, & vim legis perpetuæ habent, referri possunt: *I.* Privilegia Provinc. die Landes. Privilegia, quæ sunt vel vetustiora, diversis principum diplomatibus & literis comprehensa, quò spectantia recenset *Mev. in Conf. 44. n. 13.* Vel recentiora die erneuerten Privilegia de anno 1560. d. 9. Febr., in quibus non pauca materiam Feudalem concernentia determinata sunt. Historiam horum privilegiorum exhibet *Dominus Georg. Adolphus Carock, Syndicus Provincialis, in Specim. Introd. in not. Pomer. Svec. §. 13.*, add. *Micalius in Historia Pom. Libr. 6. p. 456.* *II.* Recessus Wollinenfis de anno 1569. d. 24. Maji. *III.* Recessus Wolgastanus de anno 1606. die 24. Maji Duce *Philippo Julio* publicatus; *IV.* Resolutio regia de anno 1669. regnante *Carolo XI.*, quam Feudis novam & memorabilem attulisse gratiam refert *Dominus Georg. Adolphus Carock in Dissert. de Svecorum in Pomeraniam, cumprimis citeriorem, meritis, §. 14.* *V.* Recessus commissionis de anno 1681. cum confirmatione ejusdem regia de anno 1682. *VI.* Rescriptum Regis *Caroli XII.* de anno 1699. Hujusmodi & quæ sunt reliquæ leges patriæ specia-

speciales, ut Ordinatt: Dicasterii, Summi Tribun. item Con-
stit. von Schuldsachen/ ubi æque quædam Feuda contingentia
occurrunt, strictè servandæ sunt circa decisionem litis Feudalis.
Ast cum Pomerania sub Ducibus in citeriorem & ulteriorem 8.
divisa fuerit, hinc cautione est opus, ne particularem ulterioris
Pomeraniæ, eo tempore ab alio Duce gubernatæ, constitutio-
nem trahamus ad Pomeraniam citeriorem. Sollicitè quoque 9.
legibus publicis discernenda sunt Conclusa Sedinensia, quibus
multæ lites Feudales sunt decisæ. Et si enim hæc conclusa
Ducum citerioris Pomeraniæ PHILIPPI nempe, &, ipso mortuo,
FRANCISCI, voluntate collecta, eademq; ad Ducem Wolgastanum
transmissa sunt, quò hic illa Statibus suis ad censuram commu-
nicaret, nunquam tamen ea à Ducibus Pom. approbata, mi-
nus in vim legis perpetuo valituræ, aut in Orientali aut Oc-
cidentalì Pomerania promulgata sunt, cum status provincialis
Wolgastani Ducatus plures differentias inter Conclusa Sedin.
& observantiam annotassent, quorum monita ad ipsa Conclusa
hodiernum scripta extant. Atque in Pomerania patria quidem
Recessu Anclam. de anno 1633. autoritas legalis iis plane dene-
gatur. Et si vero in dem Commissions-Recessu de anno 1663.
Wolgast. promisum est, quod Conclusa Sedinensia, secundis
curis emendanda, postea inservirent litium Feudalium Deci-
sioni, ceu ante aliquot annos in Pomer. Orientali per novam
constitutionem Feudalem est effectum, conditione tamen,
sub qua applicarentur, nunquam in patria impleta; nec inde
iis vis legalis adsignari potest. Itaque verè scribit *Strykius in*
Dissert. de Feud. Pom. C. 5. th. 45., Conclusa Sedinensia non ultra
vim legalem habere, ac fundata sunt in privilegiis, recessibus
provincialibus & Constitutione Wollinensi, cætera vero ege-
re revisione & confirmatione superioris, *add. Mev. Conf. 44. n. 18.*
Attamen quæritur, numne hæc Conclusa, si non concluden- 10.
ter, ad minimum præsumptive, in hunc effectum probent, ut
præsumptio observantiæ onus probandi contrarium devolvat
in adversarium? pro affirmativa est 1.) quod hæc conclusa col-
legerint viri praxeos patriæ peritissimi & indolem Feudorum
Pom. optime callentes, 2.) quod consuetudo probetur per
Docto-

Doctores dicentes, esse consuetudinem, ex communi Doctorum sententia, quam Camera receptam asserit *Myrf. 5. Obf. 96.* Sed Consilarii conclusa Sedin. posuerunt, non quasi ea jam ante leges aut consuetudines fuissent, sed quod ea tanquam æqua & Feudorum Pom. naturæ congrua à Ducibus confirmarentur & promulgarentur, sicque demum promulgata in posterum iudicandi præberent normam. Quæ cum insecuta non sint, nec præsumptiva quidem vis probandi iis tribui potest, maximè in iis, quæ juri provinciali scripto, vel non scripto, aut usibus Feudalibus communibus adversa sunt, cum sanior ea Doctorum sit opinio, quod consuetudo provinciæ juri communi seu legi scriptæ recta contraria simpliciter Doctorum asserto non probetur, ne quidem præsumptivè *Cothmann. in Resp. 13. n. 123.* & quod consuetudo per injurata Doctorum testimonia non probetur, communem dicit *Cavallos quest. 1.*

II. *Opin. Commun. contra Comm. add. Mev. P. 4. Dec. 2.* Sed quid est habendum de præjudiciis seu sententiis in causis Feudalibus à iudice legitime antea latis, numne exempla rerum iudicatarum, etsi ea in se considerata magis sint normata, postea iudicaturis præbeant normam, quam instar legis provincialis in simili causa sequi debeant? Vulgus patronorum præceptando indices decisionum præjudicia conquirere, inventaque antea iudicata iudicibus tanquam normam ostendere solent. Sed non omni casu æque certum jus est, nec una omnium Doctorum de iis est sententia. Ubi inferiores iudices iudicarunt, horum iudicata inter partes quidem jus faciunt, sed præterea, nisi consuetudinem certam fecerint, non faciunt præjudicium, nec Iudex superior ea sequi tenetur *L. 63. ff. de re judic. ibi: Res inter alios iudicatas aliis non præjudicare, L. 13. C. de Sent. & interl. Mev. P. 6. Dec. 54.* Secundò ubi ipse Princeps cognoscens decrevit vel de plano interlocutus est, quod antiquitus Imperantes maximè Romanos in causis, sua cognitione dignis, sæpius factitasse, constat; tum Principis sententiam legem esse & nomine decreti venire, constat *ex L. 1. §. 1. ff. de Constit. Princ. L. 12. C. de Leg.* Etsi enim Princeps principaliter sententionando id non agat, ut jus in universum constituat, propter Majestatem

statem tamen & excellentiam judicantis hæc ejus mens esse censetur, ea, quæ à se in certis negotiis Statuta sunt, similium quoque fata componere & in vim legis valere debere *L. 3. C. de LL.* Quod si tamen princeps interlocutus sit non animo faciendæ legis, tum interlocutoria principis sententia saltem jus inter partes facit, nec verò regulam communem ordinat propter *L. 3. C. de L. L.* Ultimò ubi summa Principis Tribunalia judicant, an non eorum præjudicia vim legum habeant, & postea judicaturis regulam seu normam constituent, à qua recedere non debeant, magis est controversum? De jure civili id negandum videtur propter famosam *Legem 13. C. de Sentent.*, ubi iudices indistincte jubentur, veritatem sequi legum, & justitiæ legere vestigia, non verò exempla & res judicatas respicere. Equidem non pauci hanc legem restringunt ad præjudicata inferiorum iudicum ceu facit *Gamma Decis.* 228; sed vix regulæ bonæ interpretationis id admittunt, cum apertè hoc jus constituatur in maximi Magistratus pro latis sententiis. Rectius forsan lex illa restringitur ad casum, ubi Judex supremus vel per fordes vel per legum ignorantiam evidenter contra leges scriptas pronunciavit, qualia præjudicia nemo iudicum imitari debet, quin si injustitia sit planè evidens, cum ejusmodi decisiones nunquam transeant in rem judicatam; hinc intra 30. annos querela nullitatis impugnari possunt, *Gaill. 1. Obs. 127. n. 8. Recesf. Imp. de anno 1654. §. 122. ibi: Bey denenigen Nullitäten / welsche infanabilem defectum aus den substantialibus processu nach sich führen / verbleibet es bey der Disposition der gemeinen Rechte.* Præterea vero, ubi præjudicia summarum curiarum legibus sunt conformia, vel jus controversum decidunt, vel dubium declarant, ab iis non recedendum esse, sed postea judicaturum aut inferiorum iudicem eadem sequi debere, sicut communior, sic verior est sententia, *L. fin. C. de L. L., Carpz. L. 4. Resp. 37. n. u.* ubi allegat *§. 7. Instit. de satiad., L. 2. Cod. C. de Leg., L. 11. §. 2. ad Scrum Treb., Schilterus in Resp. 38. C. 191.* ubi ait: *Hoc nostro seculo plus ferè credi decisionibus quam legibus & rationibus.* Atque idem consentire videtur *Mev. P. I. Dec. 250.* ubi ait: *Cognitionem & sententiam à Summo Tribunali profectam perinde esse, ac si ipse Rex judicasset, juxta axioma*
C
com-

commune, quod Tribunal Principis iudicat, Principis est sententia. Hanc
 opinionem publicæ Germ. leges confirmant, ceu patet ex *Rec.
 Spir. de anno 1570. §. 77. & 78. & de anno 1654. §. 136.* ibi: Sollen die Ar-
 sesores solche gegen einander lauffende præjudicia in alle wege verhö-
 ren helffen. Quare Practici tandem concludunt, præjudicia
 Cameræ Imperii vim legis habere in similibus casibus, quia
 ipsa Imperatorem & imperium repræsentat. Quod rectè sum-
 mo Tribunali Wismariensi accommodatur, cum hoc nor-
 mam Jurisdictionis Cameralis sequi soleat, induens naturam
 & indolem ejus, in cuius locum est surrogatum, nisi diversita-
 tis ratio appareat. Verum, non obstantibus adductis momen-
 tis, plures Doctores dissentiunt, quò spectat de decisionibus
 rotæ Romanæ dictionem: *Rotam Romanam sepius rotare, & Do-
 minus Stryk. in Annot. ad Lau. Tit. de Consist. Princ. voc: jus com-
 mune faciunt, & in usu ff. Mod. eod. tit. §. 1. & 2.* clarè ait: *Decisa
 Camere Imperii jus non facere, consentit Schilter. in Resp. 226. ibi,
 nec reverendi & summi Auditorii Spirensis decisiones vim legum habent.*
 Nec abinde praxis Cameræ abire videtur, cum Mynfinger &
 Gaillius non raro diversa in una eademque causâ Cameræ
 præjudicia asserant, ut pluribus exemplis doceri potest; vid.
Gaill. L. 2. Obs. 25. n. 10., Mynf. 4. Obs. 13. &c. Palmaria Strykii &
 consentientium ratio est, quod summa judicia non accepe-
 rint potestatem leges condendi, sed juxta eas iudicandi. Ve-
 rum dum princeps præcepit, suprema judicia cunctis subdi-
 tis æquabiliter justitiam administrare, hæc omnino mens taci-
 ta imperantis est, quod semel summa curia justum & legibus
 conveniens statuit, ut id postea instar regulæ sit, nec postea
 iudicaturus temerè ab eo discedat, cum publico adversum sit,
 modo hoc, modo illo, uti jure, Quare ex ipsis dissentientibus,
 qui generatim præjudicatis vim legum abjudicant, id postea
 dubia mente ad casum à nobis jam exceptum, si præjudicia legi-
 bus repugnent, restringunt, *Sobilt. all. L. Brunn. ad L. 3. C. de L. L.*
 Sed præjudicia ut habeant vim legum in similibus causis, o-
 mnino requiritur, causam præsentem priori, in qua iudicatum
 fuit, quoad omnes facti circumstantias esse parem. Itaque cum
 minima facti circumstantia variet juris applicationem, rerum
 impru.

imprudentes sua suspendant judicia, nec temere judicent, in paribus causis dissimile jus esse redditum, cum ipsi forsan intimam decidendi rationem & latentem factorum dissimilitudinem penetrare nequeant. Antequam ultra progredimur, subjungere quæstionem placet, utrum in jure Lubecensi de Feudis disposita in civitatibus, die mit Lübschen Recht gewidmet seyn/ sicut in plerisque Pomeraniæ civitatibus jus Lub. est receptum, & respectu Vasallorum civici ibi simul ordinis obtineant? Pauca de Feudis tradita, nec nisi in *P. I. Tit. 1. Art. 2. p. 3. T. 3. A. 2. v. cum & rerum Feudalium vestigia invenire licuit, quæ Mev. in Comm. ad Jus Lub. ad all. Art. 2. n. 75. ad civitates municipales extendit, de quibus latius agit Frid. Gerdes in sequicenturia differ. jur. Lub. & comm. Cap. 5. per tot.* Præterea vero civitates immediatæ Land-Städte/ quæ contra distinguntur denen Amt-Städten/ teste Stryk, de Feud Pom. C. 3. §. 3. in Pomerania indubiè quidem Feudorum sunt capaces Lehnsfähig/ excepta civitate Sundensi, ejusque civibus, *Mev. P. V. Dec. 251. n. 1.,* nec minus cives, si sint simul nobiles, Feuda in Pomerania tanquam Vasalli habere possunt, cum plebeji, nisi jure pignoris, ea tenere nequeant *Stryk. all. L. Concl. Sed. Tit. 2. Concl. 2.* quod tamen omne Principis Feuda concedentis arbitrio relinquendum existimarem; At tamen his casibus civitates & cives Feuda possidentes jura ejus loci sequuntur, ubi ea sunt sita, juxta supra tradita. Desinentibus juribus provincialibus, Judex in decidendis litibus Feudalibus usus Feud. corpori juris sub nomine decimæ collationis adjectos tanquam Helicen respicere debet. De his enim una ferè omnium est sententia, quod, deficiente lege vel consuetudine locali, Judex in Germania litem Feudalem ex usibus Feudalibus communibus decidere debeat *Mynf. V. Obs. 76. Mev. Conf. 90. n. 130. Carpz. Disp. Feud. 1. Th. 1.* Quomodo autem & quando legalem autoritatem in Germania acceperint, diversè Juri definiunt. Multi in initio libros Feudales privata autoritate collectos, postea Imperiali autoritate confirmatos esse, asserunt. Cui nam vero Imperatori confirmatio sit deferenda, æque variant, ut patet ex iis, quæ latè tradit *Bischof. in præm. Comm. ad Libros Feud.* Nonnulli usibus Feudalibus vim legalem inde conciliant, quod

Minuccius consuetudines Feudales in ordinem Imperiali auctoritate redegerit, redactasque testibus *Strykio* in *Ex. am. Jur. Feud. C. 1. qv. 16.* & ex eo fida versio *Titio* §. 26. c. 3., Sigismundo anno 1428. exhibuerit, quod tamen *Bischof* ab ipsis *all. in proem. Comm. Feud.* ne verbulo quidem asserit, magis *Jafon* in *Prelud. Feud., Cuspin. in Vita Feud. II.* testantur, exhibitionem *FRIDERICO III.* demum esse factam. Eodem ferè tempore, quo Minuccius suum, æque alium libellum Feudalem confecit *Bartolom. Baraterius.* Uterque publici juris facti cura *Schilteri* ejus codici *jur. Alem. Feud.* adjecti sunt. Sed neuter, cum diversi sint ab usibus Feudalibus, corpori juris adjunctis, auctoritate legali in *Germ.* pollet, aut alias multum usus præstat, uti propemodum judicat *Titius all. L. §. 30.* Non adeo diu *Thomafius* editione antiqui Libelli Feudalis sub tit: *De Beneficiis* inclarescere voluit. In præfatione multa inaniter disserit, an antea jam typis expressus fuerit, & demum, licet ab alio, meliora edocto, monitus, ne recudendo hoc libro prela oneraret, tamen aliud sentiens eum prelo subjecit. Sed eundem jam ante aliquot secula prelum desudasse, in calce *Duareni Com. in consvat Feud.* adjectum, oculatam fidem dare possumus. Quin valde probabile est, hunc librum utpote minimi pretii & propter rudem stylium neglectum similiter in aliis Bibliothecis latitare. Id certo certius est, huic libello circa lites Feudales nil usus, minus auctoritatis legalis inesse, quam operose quoque hanc obsoletam mercem *Thomafius* eruditus imponere sustinuit. Sed quo redeamus ad *Jus Feudale Longob.* non opus est, sollicitè pragmaticam illud confirmantem sanctionem conquirere, cum aliis vis ejus legalis inde asseri possit, quod 1.) illud in *Academiis* publice prælegatur & veluti norma decidendi in *Germania* ostendatur. 2.) In *Rec. Imperii* implicita ejus occurrit confirmatio & tanquam receptum inibi allegetur *Käyserl. Landstr. Augsp. anno 1548. Tit. 3. §. 2.* ibi: *Was das Lehn-Recht vermag,* per quæ verba usus Feudales *Long.* intelligi, certò putamus, *add. Ord. Jud. Aul. Ferd. III. Art. 5. in fin.* 3.) In summis *Germ. Camerali & Aulico* judiciis, nec non provincialibus Feudalibus curiis, scientibus nec contradicentibus Imperantibus, causæ Feudales inde

de decidantur. Quare 4.) ubi Assesores Cameræ ex formula à Maximiliano præscripta & à Dattio Vol. Rer. Germ. nov. L. 4. C. 1. §. 68 exhibita, jurant, se velle judicare nach des Reichs u. gemeinen Rechts / simul jurent, se velle lites Feudales, deficiente lege locali vel Germ. generali recentiore, decidere juxta tenorem Juris Feudalis Longobardici, quod, corpori juris annexum, jus commune audit, ut specificè in ord. Wormat. de A. 1495. in fin. per formulam: Der gemeine Reichs-Recht item: und soll dieser Fried u. Gebot dem gemeinen/unsern und H. Römischen Reichs-Recht nichts abbrechen / intelliguntur 2. F. 27. & 5. F. 10. Atque Pomeraniam in specie quod attinet, libros Feudales communes ibi receptos esse, testes sunt *Corbm. Vol. 4. Conf. 19. n. 51. Mev. Conf. 90. n. 150.* Nec minus Constituciones & privilegia patriæ, ubi iis nil innovatum est, passim ad eos provocant sub formula: Nach Vernehmung des Rechte und Gewohnheit. *Add. Hoffg. Ordn. P. 2. Tit. 1. §. 7.* ibi: oder Lehns-Rechte. Equidem in conflictu juris patrii Feudalis & communis quandoque certatum fuit, utrum prævaleat, illud obtendentibus Vasallis, ad hoc provocantibus Dominis directis. Maximè crebriora desuper exstiterè jurgia tempore BOGISLAI X., qui Jctum Italum Petr. Ravennatem, Professorem Gryphi à se constitutum, juris patrii hospitem consulens, ab ipsius juxta jus Feudale commune respondentis consiliis discedere noluit, ideo pluribus litigiis cum Vasallis implicitus. Attamen eò omnia deserunt, quod in defectum legum & morum provincialium jus Feudale commune successerit, qualem praxin similiter exhibet *Mev. P. 4. Dec. 321.* ubi notanter sic loquitur: *Utimur circa Feuda Pomer. hac regula: Quod in quibus ex privilegio aut inueterata consuetudine non immutata est eorum conditio, in eo sequimur communes Feudorum regulas.* Sed quæ generaliter adstruximus 18. de legali usum Feudalium vi, ea ex communi receptaque Feudistarum sententia restringuntur ad Capitula ordinaria, quæ terminantur in 2. F. 58. inclusivè, nec ad extraordinaria, quæ incipiunt in Tit. 73., extendenda, quia in vulgata editione non exstant, nec glossis Doctorum illustrata sunt. Regula practica vero est, quos textus glossa non agnoscit, illos forum non admittit, quod juxta *Struv. in Syn. Jur. Feud. Cap. 1. Thef. 7.* verum est,

est, etsi extraordinaria casum in ordinariis non decisum contineant. Verum Novatores hodierni, eò, quod usus Feudales communes vim legum in Germania ex continuo & immemoriali usu acceperint, quæstionem cient, an qui in textu Feudali se fundat, fundatam habeat intentionem, ita, ut ejus receptionem docere haud debeat? Hanc affirmamus, etsi Novaturientes eam negent, & insuper requirant probationem receptionis vid. *all. Doctores à Maurii. in Dissert. de Libr. Jur. Comm. §. 27.* Pro argumento hi adducunt, quod textus Feudales vim legalem unice ex receptione habeant; unde, naturali distante ratione, ea prius probari debet, quam Judex, illos tanquàm normam decidendi, sequi possit, maximè, ubi adversarius opponit non usum textus allegati. Verum cum semel evictum sit, jus Feudale in complexu receptum esse, ineptè certè singulorum capitulorum exigitur probatio, cum, toto recepto, pro partibus tamdiu præsumptio militare debeat, donec asserens, hoc vel illud non valere, id legitime ostenderit, ubi non sufficit, nudum non usum allegare, sed contrarium docere debet *Mev. P. 3. Dec. 60.*, à qua communi & in judiciis recepta sententia judici recedere non licet, ni in legem & consuetudinem nefas committere velit. Verum cum usus hi Feudales inconcinne sint digesti, & non rarò in uno capitulo contrariæ opiniones sine decisione referantur, ideo mirum esse nequit, interpretes eorum de pluribus articulis inter se digladiari. Quocirca quæritur, si Doctores ac Interpretes ferè in unam iverunt sententiam, aut ad minimum communem fecere, annon hæc pro norma sit habenda, quam Judex litem Feudalem disceptaturus sequi debeat? Si respiciamus prisca tempora, magna tum communis opinionis fuit auctoritas, adeo, ut veteres Jcti legales illi tribuerint effectus, quò spectant brocardica, *communem opinionem esse legem & tanquam legem posse allegari, nec ab ea, in specie à Glosa, qua communem facit, in judicando esse recedendum, sed judicem contra eam judicantem, litem facere suam,* & quæ alia practica super communi opinione extruxerunt antiqui Opinatores & opinionum communium Collectores *Corarius Tr. de Comm. Doctorum Opin. &c, Unde*

de antiquitus mos fuit, quod Judex in ferendis sententiis momenta legum & rationum non ponderarit, sed saltem Doctores longa recensitos ferie numerarit, ita, ut, qui numero præstitit, causa vicerit. Hanc ob rem communium opinionum Collectores & innumeræ ferè Doctorum allegationes extiterunt, quorum opera tunc Practicos valde sublevabat, cum sic ex facili immensum Doctorum agmen in aciem producere poterant. Postquam vero opiniones communes contra communes emerferunt, quales 960. congesit *Cavallos in Trahi. Comm. Opin. contra Comm.*, ex eo autoritas communis sententiæ multum imminuta est, quia in conflictu præjudiciali, ultra esset communis, certa decisio vix dari potuit. Itaque *arg. Recessus Imp. de anno 1674. §. 96.* Advocatis interdicitur, in libellis suis Doctores secum sentientes conglomerare, add. *Trib. Ordn. P. II. Tit. II. §. 6.* viele und unnöthige Allegationen zu vermeiden. Nec ergo judices hodiè adeo nefas admittunt, si ignorant quidem, qualis res sit Glosa & communis opinio, modo alias eorum decisa legibus receptis sunt congrua. Neutiquam vero svasores esse volumus, ut Judex, à communi sententia temerè recedens, Neothereticos sequatur, magis putamus, judicem communem sententiam, legibus consonam, sequi debere, maximè si in judicio cujusdam provinciæ retrò obtinuerit, ubi vim consuetudinis assumit *arg. L. 34. ff. h. r.* Attamen, cum communes opiniones quandoque communes sint errores, ideo eas ingenere pro norma judicandi constituere non possumus. Reliquum est, ut eorum detegamus errorem, qui juris Longobardici Usum subsidiarium in Germania admittunt, simul vero opinantur, isti præferenda esse 1.) obsoletas Germ. Leges & Imp. Constitutiones, quas è latebris reproducere *Lindebrog. in Cod. Leg. antiq., Goldast. Tomis Constit. Imp.* aliique; 2.) jus Saxonicum & Svecicum, quæ generalia Germaniæ jura esse contendunt. Præprimis personatus scriptor *Conradus Sincerus*, vero nomine, ut alii augurantur, *Kulpisius* in *Epist. Diss. de Germ. Leg. & Rom. Jur. Orig. &c.* hoc propugnare voluit. *Bayer. in Not. Aut. Jur. n. 22.* hanc brevem epistolam centum Glossatorum, Commentatorum, Opinstarum voluminibus æquiparat, ac *Thomasius* tantam eam æstima-

æstimavit, ut cum notis suis recudi fecerit. Ast dum Autor causæ suæ diffusis testis nomine latere maluit, sic sentimus, Autorem istum, quisquis etiam fuerit, malam causam fucatis rerum argumentis gnauiter perorasse, reverà autem ipsius hypothesein discentium Studia confundere, receptorum legum Majestatem violare, judices in omnia devia ducturam. Nam quod rem ipsam spectat, antiquæ Germ. Leges, ut Alamannorum &c. & Impp. Constitutiones, ut Capitularia CAROLI M. &c., nostro ævo nec aptatæ, nec acomodatæ, vim legalem hodie nullam habent, quia maximam in partem non tam annis quam seculis ignoratæ in Archivis delituerunt, ideoque per contrariam observantiam & alias interim receptas leges abolitæ habendæ sunt, eo magis, quod pleræque non sverà formæ, aliæ plane non, promulgatæ sint, quæ omnia magis agnoscit, quam refellit *Sincerus all. Epist.* Itaque privati leges in forum, quas nunquam novit, minus accepit, introducendi destituuntur potestate & solius regentis Regale est, sicut leges ferre, sic mortuis vitam ac robur legale reddere, quod ipsum agnovit *Goldastus in Prefam. Tom. II.* vid. *Anonymus in Diatribæ opposita Kulpisii Epistole*; add. *Titius, qui in Jur. Priv. C. 3. §. 54. &c.* momenta, quibus Kulpisius legum istarum legalem vim exstruit, in compendium redacta

22. penitus destruit, melioribus contrà adductis. In id haud ægrè consentimus, Recessus Imperii in corpore recessuum exstantes, aut postea Imperatorum & Statuum Imperii consensu ritè promulgatos, quatenus causas Feudales definiunt, Usibus Feudalibus prævalere, cum propter Statuum consensum in singulis provinciis sint instar legum provincialium, adeoque ipsas anteriores locales legales vincant, salvis tamen cujusvis Regionis privilegiis, & nisi Princeps speciatim Recessus Imperii respectu subditorum mediatorum, nullam vim legalem habere, voluerit, quod quivis Princeps in suo Territorio efficere potest, etsi Imperii Principes invicem contententes, strictè illis ac aliis legibus Imperii publicis sunt alligati; vid. *Dissert. Mauric. de Recessibus Imp.* Jura Sax. & Sæv. acrius à Novatoribus propugnata recepto juri Longobardico præponuntur. *Titius*, quod in novis doctrinis desultoriis ingeniis solenne est, sibi ipsimet non

non satis constat, ut patet *ex Cap. 3. §. 23. & 34. Teutsch. Lehndrecht* & *ex jur. priv. C. 3. §. 57.* Sed *Kulpifius all. Epist. p. 25.* quasi de plano scribit, omnes fateri, jus Saxon. in plerisque locis, ubi olim, hodiernum vigere, speciatim in Pom., quibus *Tirius in jur. publ. L. 4. C. 7. §. 19.* addit, ex ineptis saepe hypothefibus usum harum legum in quibusdam locis cessare. Argumentum Novatorum principale est, quod jus Sax. & Sjev. prius in Germania vigerint, postea usus Feudales, salvis legibus Germ. recepti sint. *Siruv. Synt. Jur. Feud. C. 1. Th. 5. in fin.* Verum de Natalibus juris Saxonicis & Sjevici inter se disident *Schilt. in presam. jur. Alem., & Thomaf. in Sel. Feud. p. 59. §. 45.* Sin inveniantur, an tempore usus Feudales praecedant, nec dum certum est. Vulgo quidem Doctores sequuntur *Conring. in Tract. de Orig. Jur. Germ.* asserentem, jus Longobardicum & Romanum initio Seculi XV. ad Germanos pervenisse; sed *Hornius in Jur. Feud.,* consuetudines Feudales Seculo XIII. in foris Germaniae receptas esse, testis est, quod confirmare videtur antiquum privilegium, Sundenfisibus à Principe Rugiae *WIZLAW* datum, quod *Thom. Kantzau in Hist. Pom. MSC.* sic refert: *Nec ad aliquod jus Canonicum, Civile, Vasallagium, dictum Mann-Recht / quis extra nostram civitatem Strablsundi evocari debet &c. Datum Strablsundi MCC XC tertia feria post Pentecosten.* Sicut vero per jus Civile & Canonicum indubie Justinianeum & Pontificium, sic per Vasallagium intelligi Longobardicum non tam conjecturare quam certo asserere licet, cum haec tria universaliter Germaniae jura plerumque connectuntur & judicium Feudale vulgo *Mann-Gericht* vocatur. Denique ubi certum est, jura Sax. & Sjev. aetate antea, nec sic tamen sequitur haec jura tum & postea universaliter in Germania viguisse; videtur *Autor Diatrib. Sect. ult. §. 7. & 8.* Ast quid emortuis incumbimus Seclis, nostras aetates si intueamur, indubitarum est, ea non esse generalia Germ. jura. De Speculo Svevico *Speidel. in Spec. Jur. Notab. &c. voc: Sachsen-Spiegel* ait: *Exstat quidem der Schwaben-Spiegel in Constitutioibus Goldasti, sed eo uti non solemus.* *Kulpifius in all. Ep.* hunc nodum gordium gladio secat, temere judicans, *Speidelium* hujus rei non satis peritum fuisse, & magis *Goldasto* ex mente *Kulpifii* aliud attestanti credendum esse. Sed

D

Spei-

Speidelio cæteroquin à partium studio alieno plus fidei damus, ac Goldasto, si verè aliter sentiat, cui non pauci magnam quidem diligentiam, minorem integritatis laudem deferunt,

25. *Conring. de Orig. Jur. Germ. C. 17. & 18.* Jus Saxonicum nec in Marchia nec Megapoli nec Brunsvicensi Ducatu obtinere *Chemnitius Pom. Cancellarius in Conf. inter Meviana 45. n. 184.*, quin nec in ipsa Saxonia, nisi usu confirmatum, valere, *Carpz. P. 3. C. 11. Def. 13. n. 10. & P. 3. C. 35. Def. 7. n. 2.* & alii testes sunt. Sed de Pomerania *Sincerus in all. Epist.* refert, jus Saxonicum ibi valere, in testes advocans *Finckelth Musculum*: Nec minus *JCti Ingolstadiensis Tom. V. var. Conf. à Kirchorvio collectorum*, item *Conr. Rittersbusf: Partit. Feud. L. 1. C. 16.* scribunt, investituram simultaneam Saxoniam in Pomerania obtinere, quibus tamen contradicit *Goedhaus in Consil. Marp. 32. n. 283. Vol. III.*, & latè eos refellit, *Chemnitius all. Conf. 45. n. 165. & c.* Generaliter vero jus Saxonicum, nisi quatenus interpretationi juris Lubecensis deservit, *Mev. quest. prelim. 10.* aut Sedinum Magdeburgicum recepit, in Pomerania penitus ignotum esse, nec obtinere constat *ex Ord. Dic. sub Tit. 3.* ubi referente *Chemnitio all. Conf. n. 160*: injungitur *Das de Gerichts Assesoren nicht nach Sachsen Recht zu urtheilen sollen* & addit *Chemnitius, welche Clausul in der Weysiger Ræthe Eynd mit eingeruñt* / quæ verba in *Ordinat. Trib. & Dic.* hodiè quidem, quod superfluum habitum sit, non repetita, nec juramento Assesorum inserta sunt; nec tamen ullibi Saxonicum jus pro norma decidendi est præscriptum, sed judicantes jubentur, & jurato promittunt, *judicare nach des Römischen Reichs beschriebenen gemeinen Rechten* / i. e., ex usuali interpretatione juxta jus Civile, Canonicum & Feudale; *Trib. Ordn. P. I. Tit. 19. §. D. P. I. Tit. 3. §. 3. & Tit. 14.*; Unde omnes & singulæ *Mevii* Decisiones, deficientibus legibus localibus, vel generali recentiore, his tribus communibus Germaniæ juribus innituntur, nulla vero ex jure Saxonico est petita, Itaque extranei *JCti* ab iis sibi cavere debent, qui vel imperitè asserunt, vel impudenter contra notoriam rei veritatem fingunt, jus Saxonicum in Pomerania vim legum receptorum habere. Propterandum est ad casum, ubi dissidium Feudale ex usu Feudalium nec verbis

26.

nec mente nec ratione, vid. *Vult. L. 2. C. 3. n. 25. & 29. de Feud. Rosentb. C. 1. qv. 15. n. 2. Stryk. Exam. Jur. Feud. qvæst. 26. C. 1.*, componi potest, ex quo jure tum sedari debeat? Jus Romanum proxime sequendum esse, statuunt *Carpz. Disp. Feud. 1. positi. 2. & ibi all. Doctores arg. 2. F. Cap. 1.* Econtra jus Canonicum præ Civili servandum esse, quia illius usus prius ac Civilis in Germania invaluit, volunt *Titius im Deutschen Lehn-Recht Cap. 3. §. 34.* & alii à *Schradero Tr. Feud. P. 1. qv. 6. n. 1.* allegati. Communius distinguitur, quod in terris Ecclesiæ ad sedem papæ spectantibus jus Canonicum, in terris Imperii & Principibus, etsi Catholicis, subiectis jus Civile prævaleat. Præterea vulgo excipiunt, casus in quibus agitur de peccato vitando, ubi propter animæ periculum etiam in foro Laicorum jus Canonicum Civili præferunt *Vult. all. L. n. 26. Stryk. in Exam. Jur. Feud. Cap. 1. qvæst. 28. Mynf. Resp. 41. n. 13.* ubi consentientem allegat *Jctum de Ferrariis in practica pag. mibi 102. n. 28.*, qui tamen rectè oppositum tenet. Nam hic cordatus Jctus, etsi Catholicus, tamen in ambitionem clericorum, magis Foræ quam Thoræ amantium, magis Regnum soli quam poli quærentium, in fensio atque inimico animo existens, veriolem, communiorem & praxi receptam sententiam esse dicit, quod in foro Civili jus Civile indistincte præ Canonico sit servandum, non obstante, quod Bartolus, quem hominem subditum Ecclesiæ dicit, dissentiat, cujus opinio, teste de Ferrariis non attenditur nec practicatur. Prætextum Zeli nempe periculi animæ, Zelotarum hodiernum arma, elisit, dicendo, *istam rationem, salva reverentia, sc. erga papam & papales clericos, esse multum fatuam, cum per eam sequerentur infinita absurda & totaliter esset destruere legum potestatem & auctoritatem & per consequens vires Imperii attenuare, imo funditus annihilare.* Verum cum natura indies novas deproperat edere formas, 27. unde infinita casuum varietas existit, quos omnes cum circumstantiis legibus complecti, impossibile magis, ac desperatum, opus est; ideo quæritur, quò sit confugiendum, ubi lis Feudalis ex memoratis legibus aut earum rationibus diffrahi nequit? *Giphanius Disp. Feud. n. n. 84 ex Ardizone & Wesenb. refert, tum ratiocinationem undique arreptam & collectam locum habere.*

Quæ sententia nostræ hypothesei iudicis arbitrio contra leges supra oppositæ non adversatur. Nam id adhuc verum manet, quod in iis quæ legibus normata sunt, arbitrium iudicis cesset, dum iudex jus certum stricte sequi nec arbitrarium in illud potestatem sibi sumere debet *pr. inst. de Off. jud. Nov. 15. C. 1. §. 1.* Ubi vero quædam occurrunt, quæ in circumstantiis factorum occurrentibus legibus decisa non sunt; tum hæc à iudice Cione suppleti posse, vulgo asseritur. Neque tamen tunc iudex sine omni normâ ex animi placencia iudicare potest; sed rectæ, incorruptæ, partibus non addictæ, rationis dictamina, generalia maxime juris naturalis principia sequi decet, ut vice omnium solide docuit unus *Fromman in Diss. Tentamen de Normâ iudicis arbitrii in eid. à jure relicto*, qui §. 63. septem normas totidem tradit regulis, quibus iudicis arbitrium, deficiente lege
 28. humana, circumscribit. Verum enim vero forsitan est consultius occurrentem casum legibus in hypothesei non decisum legislatoris definiendum arbitrio deferre, quo semel certa & perpetuò valitura lege definitus postea iudicaturis infimili causâ sequendi det normam. Hac enim ratione potestas legislatoria ab omni iudiciariæ insultu inviolata servabitur & naturalistis sub prætextu æquitatis & intempestivæ misericordiæ in illam involandi omnis præcludetur via,

CAPUT III.

N. I. *Feudi à sua natura diviso.* II. *Titii diviso à substantialibus rejicitur.* III. *Feudum in uno proprium, in reliquis est improprium.* IV. *De Feudis nonnullarum provinciarum Germ. remissio.* V. *Feuda Pom. sunt impropria?* VI. *An oblata Feuda sint impropria?* VII. *Fundamentum solidum improprietas Feudorum Pom.* VIII. *An hoc pertineat ad nova Feuda?*

I. **J**ura, ex quibus, lites Feudales decidendæ, emens, ad Feudorum indolem tendimus. Feudum diversimode dividitur, summa tamen ejus à sui natura diviso est in proprium & improprium; illud est, in quo tota Feudi natura salva est, hoc est, cui Feudi substantialia quidem insunt, naturalia vero vel pleraque vel unum alterumve detracta sunt. Hæc diviso impugnat *à Titio Teutsch. Vehn-Recht Cap. 5. §. 5.* argumentis, quæ magis Scholasticum

ficum olent animum, quam ut rem ipsam evertere possint. Ipse aliam partitionem inicit, Feudum à substantialibus dividens in Feudum, quod vel omnibus Feudi substantialibus, vel nullis, vel nonnullis, constat. Sed quam male ea cohaereat, ex verbis *Illustris Dn. Cocceji in Hyppomn. Feud. Tit. 11. §. 5.* pater, *substantia Feudi est forma ejus Originaria, sine qua Feudum concipi nequit.* Quomodo ergo, quod Feudum non est, Feudi divisionem ingredi potest? In Feudis impropiis hæc practica regula traditur: *Improprium in uno alterove, in reliquis naturam Feudi proprii ex jure communi æstimandam retinet.* *Mev. Conf. 38. n. 35. Mynf. 4. Obs. 2.* Feudorum Germaniæ non ubique eadem est natura, singulis quænam insit, compendio assequi non licet. De Mechlenburgicis Feudis *Tornov* integro tractatu egit; De Feudis cliv. *Retzii*, de Feudis Silesiis *Strykii*, de Feudis juris Francici *Schilteri*, de Feudis Colonien-sibus; *Strumbstadii* *Schleusii* nemand aut; *Tummermuths* Scripta & Disfert. exstant. De Feudis Pomeraniæ: *Strykius singulari Disfert. de Feudis Pomer. Mev. Conf. 44. passim* & 38. n. 56. & 59. *Chevinitius Conf. inter Meriana 45. Brun. cent. 1. Dec. 88.* uno ajunt ore, Feuda esse anomala & impropria, eò, quod sint oblata. Sed fundamentum impropriæ, quæ est oblatio, vix satis stabile & firmum videtur, Haud quidem cum illis sentimus, qui communem relationem, Feuda Pom. esse oblata, magis conjecturis quam certa nri fide tradunt, cum horum opinio variis solidis argumentis revinci possit vid. *Mev. P. 7. Dec. 129.*: at tamen præjudicialis quæstio, num Feuda oblata sint impropria? haud sine contradictione transit. Ab hac quæstione ilico pacta secernimus, quibus additis, qui rem suam beneficiariam reddit, qui eam degenerem ab ordinaria Feudi natura efficere possit, dubio vacat. Ubi vero de conventionione alterante nihil constat, an sola oblatio Feudum improprium inferat, JCI diversimode sentiunt. Propriis Feudis oblata accensent teste *Hertio in Disfert. de oblatiis Feudis, Tab. in Lebnogr. Feud. p. 1. §. 7. Rhet. in Comm. Feud.* quò etiam inclinatur *Stryk. Exam. Jur. Feudal. Cap. 4. §. 17.* Hi regulam ponunt: *Oblata Feuda tantisper propriam Feudi naturam retinent, donec ipsis per leges speciales aut pacta alia indantur.* *Rof. Cap. VI. Concl. 68. n. 27. &c.* Momentum hujus regulæ his exprimit verbis *Hertius all. Disfert. : Quid Feudum sit ipso auditu ingeritur, cujus leges subit, quisquis intrat. certe actus oblationis extrarius est, neque Feudum ex conjectura voluntatis formam dare potest, ubi magis pro conditione Feudali, ad quam utraque pars suas cogitationes retulit præsumptio valet.* Ab hac sententia plerique abeunt, qui Feuda oblata impropria esse volunt *Wurmserus in Tract. de Feudis impropiis Cl. 3. Sect. 15.* & alii allegati ab *Eyben in Elect. Feud. Cap. 9. p. 219.* Hisce accedere videtur *Mevius in Conf. 44 n. 25.* ubi ita loquitur. *In wobey jura rationale kan geschlossen werden, das so weit den Adelichen Erb-Gütern die Lehnhaftt oder conditio Feudalis beygelegt befunden würde, dieselbe vor Lehn zu machen, im übrigen aber nach Erb-und Eigenthums, Recht zu schätzen.* *Add. n. 137. all. Conf.* Neque hæc sententia ratione destituitur, eò quod offerentes quam minimum oneris subire, atque, cum bona oblata pleno possederint

7. jure, minimum juris abdicasse censentur. Itaque natura Feudorum oblatorum adeo fluctuante, vix tuto oblacioni, etsi ea causam dederit, anomalia Feudorum Pom. inãdificatur. Quodsi vero leges singulares, observantia immemorialis, aut pacta, fundamenti loco ponantur, nemo non, nisi rerum patriarum plane hospes, ultro agnoscat, Feudis Pomeraniæ plura à communi Feudorum indole absentia inesse. Neque sic est opus nomen Feudi impropriam proprietatem Feudi, si eam ex privilegiis & legibus singularibus, usu continuo & legitima observantia vel pactis docuerit, juxta ea judicari debet: Siquid naturæ Feudorum Pomer. per leges & consuetudines speciales formatæ non conveniens obtendatur, hoc juxta regulas juris Feudalis communis æstimandum erit. Ipsa Feudorum Pomer. singularia ex relatis in Cap. 2. legibus patriis, item *Mev. Conf. 44.* & aliis, *Cbemnitii sæpe all. Consilio*, item ex *Strykiõ Dissert. de Feudis Pom. &c.* hauriri debent. Sed an improprietates illæ æque novæ, sicut antiqua, contingant Feuda, non levem habet dubitationem? Nam *Mevius in Conf. 44. n. 61.* scribit, daß bey denen Lehnen in Pommern durch eine veränderliche Observance hergebracht/ daß/ ob solche erledigt/ dennoch Lehn bleiben oder zum Lehn wiederumb conferiret werden/ und der Lehnschafft nicht wiederumb entzogen werden können. Idem astruit *Cbemnitius in Conf. inter Meviana 45. n. 140.* Hinc forsân quis colligeret, Feuda Pom. naturam suam nunquam mutare, sed improprietatem, quæ ipsis inhæsit, tanquam characterem indelebilem ad novos transire Vassallos. Sed fac, talem esse observantiam, nec tamen inde sequitur, quod avita Pom. Feuda Principi aperta sub antiqua qualitate concedi debeant, cum illa semel extincta, cessante ejus causa nempe oblacione, citra specialem concessionem non resuscitetur *Anton Diss. Feud. 1. Th. 5. lit. h.* Itaq; ubi Princeps Feuda Pom. antiqua sibi aperta cuidam de novo concesserit, præcipua norma judicandi & statuendi de his novis Feudis erit forma concessionis & investituræ. Nam si ea simpliciter & tanquam mera beneficia concessa sint, tum ea habere naturam Feudi ex pacto & providentiâ ad jus commune Feudale regulandam, sin sub veteri qualitate ad instar avitorum nach Art und Weise der alten Stajß-Lehn, quod sæpius factum esse refert *Mev. Conf. 44. n. 9.*, tum ea retinere, aut, si mavis, inducere privilegiatam Feudorum Pom. naturam, utrumq; docet *Mev. all. Conf.*, & ultimum præprimis admittitur, ubi investitura novi Feudi ex causa onerosâ processerit, vel ob bene merita, vel si impetrato consensu Principis coempta aut cuidam pignori data sunt, Pomerisch. Lande privilegia S. und woslen einen jeden unserer Unterthanen seine Lehne &c. quæ adducit *Mev. Conf. 44. n. 9.* Verum cum pagelle nostræ præter spem ita excreverint, ut limites anniversariæ Dissertationis transilire videantur; plura non addimus, quod adest, boni consule **B. L.**, quod si non omnia perspicacioribus tuis oculis ardeant, modestam, quæso, non mordacem de iis feras cenuram.

S. D. G.

(1706)

Greifswald, Diss., 1706-25

ULB Halle
005 372 038

3



56







1718.

4

DISSERTATIO JURIDICA 1718 22
ANNIVERSARIA,

EXHIBENS
NORMAM ET ORDINEM
JUDICANDI CONTRO-
VERSAS FEUDALES

IN
GERMANIA ET PATRIA
POMERANIA,

PRÆSIDE
PHILIPPO BALTHASAR
GERDESIO,

JUR. LIC. ET ACAD. GRYPH. PROF. JUR. ORDIN.

ET
RESPONDENTE
JOHANNE MATTHIA GESTERDINGIO,
STRALS. POMER.

PUBLICE
IN AUDITORIO MAJORI
AD DIEM XX. DEC. ANNI MDCCXVIII.
H. C. IX.

DEO VOLENTE
VENTILANDA.

GRYPISWALDIÆ,
LITERIS CAROLI HOEPFNERI, REG. ACAD. TYPOGR

